



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 121. Decretum III. de interdictis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem Sæcul. XV.  
vitare, nisi censura hujusmodi fuerit in vel A.C. 1435.  
contra Personam a judice publicata vel de-  
nuntiata specialiter aut expresse: Per hoc  
tamen, subjungit Synodus, hujusmodi ex-  
communicatos, suspensos seu interdictos non  
intendimus in aliquo relevare, nec eis quo-  
modolibet suffragari.

§. CXXI.

*Decretum III. de interdictis.*

**E**t quoniam ex indiscreta interdictorum,  
alarumque censurarum promulgatio-  
ne plurima evenerunt scandala, ad illa  
impostorum cavenda Patres in hoc ter-  
tio Decreto sanxerunt, quod nulla civitas  
*Ecclesiastico supponi possit interdicto, nisi*  
*ex culpa talis civitatis seu Rectorum illius,*  
*quæ tamen propter culpam cuiuscunque al-*  
*terius privatæ personæ interdicti nequaquam*  
*possit auctoritate quacunque ordinaria vel*  
*delegata, nisi talis Persona prius fuerit ex-*  
*communicata, ac denuntiata publice in Ec-*  
*clesia, ac rectores civitatis auctoritate Judi-*  
*cis requisiti, hujusmodi excommunicatum in-*  
*fra biduum inde non ejecerint; si vero ejus-*  
*modi Persona re ipsa fuerit ejecta, aut*  
*ad debite satisfaciendum compulsa,*  
*mox divina transacto dicto biduo resu-*  
*mantur.*

M 2      §. CXXII.